

1. Vom Siczgebürgisessen Dittor Kerck A. Rechenberg
2. De Peregrinationibus Literariis M. S. C. Soeschen
3. De Titulo Augusti. C. S. Schurz Fleischü.
4. De Jure Augusti in Italiam. Ejusd.
5. De Regno Austrasiae.
6. Quod Carolus IV. Aug. non dissipaverit
Imperii Patrimonium grate nus pertinet
ad Regnum Arelatense etc.
7. De Divisione Imperii Carolini.
8. De antiqua Saxonum dignitate —
9. Veterem instituta Invidum.
10. De Philippis Augustis
11. De Ordine Ensi ferorum.
12. Structura quaedam ad omnes —
equestres etc.
13. De Nino urbe
14. Ecloga antiquitatum Martyrologic.
15. Assyrio Chaldaeorum Bimoria ex
Syriscis scriptoribus eruta.
16. Imperii Medo Personarum initia.
17. De Lemmatibus historicis ad Silesiam
pertinentibus.
18. De Meritis Germanicorum in greca lit.
19. De Templorum antiquitatibus.

C. S.
Schurz
Fleischü.

I. N. 3.

XXX

DE

JURE DOMI-
NATIONIS,
THESES POLITICÆ,

Quas

PRÆSIDE

EXCELLENTISSIMO VIRO

DN. CHRISTIANO Röhrensee/

Ampliff. Facult. Philos. Decano maxime
spectabili, Phil. Pract. Profess. Publ. celeberrimo,
Alumn. Elect. Ephoro gravissimo,

*Domino, Patrono, eodemque Studiorum Promotore
Colendissimo,*

IN ALMA LEUCOREA,

placidæ eruditorum collationi sistit

M. CHRISTOPHORUS Mecklenburg/

Landsberg. Neo-Marchicus,

D. IV. Febr. Anno M. DC. XCIX. H. L. 2. C.

WITTENBERGÆ,

Ex Officina CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.

Magnifico, Summe Reverendo, Excellentissimoque
VIRO,

**IOANNI GEORGIO
NEUMANNO,**

SS. Theol. Doctori Consummatissimo, e-
jusdemque Prof. Publ. famigeratissimo, Alumnorum Ele-
ctoralium Ephoro gravissimo, Academiae Biblio-
thecario meritissimo,

et &

Praenobilissimo, Amplissimo, Excellentissimoque
VIRO,

**CONRADO SAMVELI
SCHVRFLEISCHIO,**

Historiarum ac Græcæ Literaturæ Pro-
fessori Publico laudatissimo, Polyhistori cele-
berrimo,

Dominis, Patronis ac Promotoribus meis
omni honoris cultu prosequendis,

Quaecumque hoc sacrum esse jubet

Inclytis Illorum Nominibus

æternum obstrictus

AUCTOR & RESPONDENS.



§. 1.

RAm summis Rempublicam laudibus ornare solent, quæ forti ac pio non destituta est Principe, gaudiaque tranquillitatis capit. Cui vitæ necisque omnium arbitro, eo lubentiori animo, omnes quotquot Civitatis dantur incolæ, se obstrictos profitentur, suumque præstare obsequium sunt obligati. Exinde tot enascuntur jura imperantium, cum circa personas, tum circa bonas actiones, quæ pro salute Reipublicæ expediunt. Prolixus forem, ac integrum scribere opus esset tractatum, si cuncta regalia explicare vellem. Id vero jam haud destinatum est, sed paucis tantummodo de jure dominationis, quod vocant, disserere penes nos sedet.

§. 2.

Illud vero observandum, nos illa notione haud innuere imperium tyrannicum, quemadmodum dominatus vox sæpissime adhibita reperitur. Hinc Tiberium se Dominum servorum, imperatorem militum, cæterorum principem appellasse tam notum, quam quod notissimum est. Quid?

) 2

quod

quod Plinius, facundissimus auctor, in panegyri-
co Trajano Cæsari Augusto dicto c. 45. id ipsum ex-
pressit: Scis, inquit, ut sicut diversa natura, domi-
natio & principatus, ita non aliis principem gra-
tiores, quam qui dominum graventur. Ingens
utique discrimen, principem inter & tyrannum,
quem Nicolaus Machiavellus, libro de Principe in-
struere adlaboravit. Vergenti ad tyrannidem
principatu, nova plane status ratio introducitur,
quæ nullis aut fidei publicæ, aut honestatis inclu-
sa repagulis, omnia pro utilitate & commodo so-
lius imperantis constituit, sive ille justam, sive in-
justam habeat dominandi causam. v. Cl. Paschius
lib. de aucta sensim doctrina morali p. m. 56. sed
nos potius eam supremam & extraordinariam in-
digitare volumus potestatem, quæ & bonus inter-
dum utitur princeps, pro conservando bono pu-
blico, mali alicujus declinandi causa. Non de-
sunt rationes, quibus id adstruere atque stabilire
possumus. Quin & ipso hominum consensu fun-
datum, qui in Rempublicam convenerunt, salutem-
que, quavis occasione, etiam damno singulorum
defendere statuerunt. Verum enim vero præsen-
tis instituti non est, circuitum & quasi orbem ver-
borum amplum conficere, ideoque ad positiones,
ut nobis proposuimus, nos accingimus, quæ omnia
ac singula eo melius illustrabunt.

I. Jus

I.

Jus dominationis est, quod ab ordinario imperantium jure nonnihil deflectit, & tum demum adhibetur, quando per ordinaria gubernandi media finis propositus, salus scilicet Reipublicæ, obtineri non potest.

II.

Licet vero à communi imperandi ratione abeat, non tamen omni lege exemptum est, sed dantur certi limites, quos imperii caput transcendere nequit. Jure igitur Achabus Dei incurrebat animadversionem, qui posthabitis istis terminis, vineam Nabothi sibi attribuebat.

III.

Fines isti sunt 1) salus publica, 2) necessitas summa, 3) rei seu negotii magnitudo.

IV.

Si necessitas ingruit, ut privatorum quidam bona sua & possessiones, Reipublicæ usibus gratificari cogantur, quos ne solos cogat fortuna iniquior à reliquis compensationem petere possunt.

V.

Compensationi nullus est locus, si omnes ac singulos oportet eandem subire sortem.

VI.

Certum sane est, supremos rerum rectores, for-

fortunas invitis quoque possessoribus, in usum publicum convertere, alienare, quandoque & perdere posse.

VII.

Qui navem Reipublicæ gubernat, innocentem civem haud potest impellere, ut se hostibus tradat, multo minus virgines libidini hostium permittat.

VIII.

Beneficia vero ac privilegia concessa, salute imperii exigente, revocari posse notorium est.

IX.

Constitutio Tutorum neutiquam inter juris dominationis exempla jure suo referri potest.

X.

Neque tributorum exigendorum facultas ad hunc censum pertinet.

XI.

Affirmaverim exercitium hujus juris multo acrius olim, atque hodie fit, esse usurpatum.

XII.

Magni ac in Republica potentes Viri, si suspecti sunt, severiori aliqua disciplina coercentur, ut, si velint, tamen non possint nocere.

XIII.

Reges necessitate impulsæ, possunt aliquam
par.

partem provinciæ hosti, cum quo pacti sunt, tradere, ut pax obtineatur. Contra Cl. Boxhorn. Instit. Politic. p.m. 47.

XIV.

Horatius interfectis trigeminis Curiatii, sororem lamentantem occidit, quem utrum ob rei gestæ magnitudinem jus dominationis immunem recte præstiterit, dubitamus.

XV.

Principi tempore belli integrum esse vicini sui castella occupare & præfidiis munire, si periculum sit, ne sibi exinde damna inferantur, non concedimus.

XVI.

Παμβασιλείας seu imperii absoluti vestigia in sacris literis reperimus, imprimis 1. Sam. XII, II, ubi jus regium delineatur.

XVII.

Mala remediis majora toleranda sunt.

XIIX.

Quod jure privato iniquum videtur, jure dominationis æquum fieri potest.

XIX.

Ex ratione status rebellibus ac devictis populis sunt ea eripienda, quibus victores affligi possent.

XX. Si

XX.

Si belli injusti eventus minus prosper existit, culpa & poena in illos plerumque recidit, qui bellum svaserunt.

XXI.

Raptus Sabinarum, qui à politicis & historicis quibusdam non improbatur, quod jure dominationis factus, necessitate Reipublicæ hoc requirente, hoc argumento minus valide defenditur.

XXII.

Apud Romanos hæc formula, haud obscura juris dominationis indicia exhibet: Videant Conss., ne Respublica detrimenti quid capiat. Brisson. lib. 2. de form. p. 211.



V D 77

Datum der Entleiung bitte hier einstempeln!

SLUB DRESDEN



3 0893703

